

A vniri, tēporali ammissione deterritos, & maioris pſentia q̄ futura, corpore q̄ animarū liberationē, facere hortatus fuiſſem, imo vero & ipſe omnia quæcūq; acerba potius ſuſtinuiſſem, & vobis, vt paſſi fuiſſetis, conſuluſſem, q̄ cū eis vniri non recte ſapientibus. Nunc vero timendū eſt, & quidē vehementer, ne corporis quoq; exitium vna cum animi interitu etiā eligamus, ſiquidem quæ vera, quæ pia ſunt, & nil erroneū latinis ſapientibus, quæadmodū patres eorū, & noſtri, Occidentales videlicet doctores, ac Orientales talibus communibus patribus eadē & conſentanea dicentibus, nos proprio noſtro malo abſq; vlla ratione ab eis diuidi vellemus. Quod enim ipſi Occidentales patres ſequuntur, vos quoq; dicetis. Quod autē illi eadem cum Orientalibus ſapiant, hac in oratione breuiter & ſufficienter probatum eſt, ita vt omnibus manifeſtū ſit, Latinos omnes tum Occidentales, tum Orientales patres ſequi, communes vtriſq; doctores & patres ſunt. Quæ igitur ratione a talibus viris diſſidebimus? Quā excuſationem aſſerre poterimus? cur eis cōuenire nolimus? Quæ nobis relinquetur apud deū, reſponſio? quare a fratribus diuiſi fuerimus, quos vt vniret, & ad vnū ouile redigeret, ipſe deſcendit de cœlis, incarnatus, & crucifixus eſt, Quæ noſtra deſenſio erit apud poſteros noſtros, imo vero apud præſentes homines noſtros? Neſcio em̄, an aliqua noſtra poſteritas erit de tam magna tam graui calamitate, tot periculis, quæ eis inferimus. Nō patiamur hæc, patres optimi. Nō habeamus hęc ſententiā, non ita male nobis ipſus conſulamus, & noſtris.

legēdū forte,
excūſata, vel
immunis erit

B Nolimus lupi pro paſtoribus illis fieri, q̄ ad nos reſpiciunt: Nō eos prodamus hoſtib⁹ in animarū & corpore ſimul interitū. Ego enim (& ſint mihi hæc verba in perpetuū teſtimoniū toti nationi, cūcūſq; Chriſtianiſ) nunq̄ huius ſententiæ ero, nec vnq̄ prodam corpora, animas, fidē, ciuitates, patrū ſepulchra, libertatē, & omnia ſimul, quæ oia inuenio ſecutura ſchiſma, & noſtram a Latinis abſq; aliqua ratione diuiſionē. Quæ nam diſgrua cauſa eſt, ob quam tot & tā horrenda eligamus pericul⁹? Oro autē, & rogo, vt etiā vos vel oēs, vel maior pars veſtrū eadē, quæ ego, de his rebus ſentiat, & bene cōmunis vtilitati conſulat. Quod ſi nolueritis, ego quidē ſummū deum, & vos oēs pſentes, & cunctos poſteros noſtros reſtor, qd̄ ſine paſſione & fraude, quæ vera, quæ iuſta, quæ vtilia, quæ cōducētia nobis & noſtrę ſaluti mihi viſa ſunt, a principio vſq; ad hūc diem non ceſſaui dicere, nō omiſi cōſulere, nec timore deterritus (ne quis me Latinis affectū putet) tacui, nec propriā ſecuritatē communi vtilitati præpoſui, ſed me & mea omnia deo commēdās, & eius diuinæ volūtati ſubſcians, q̄ totā mihi vitam ab ineunte ætate melius, q̄ optaſſem, direxit, atq; rexit, cōmune bonum mihi, vt ſine propoſui, & ad hoc ſolū reſpiciens & feci, & dixi, quæcūq; vel feci, vel dixi, ſimul & fidei veritatē, quo ad potui, & corporalem ſalutē, vt noſtri adipiſcātur, conatus. Vos vero cū libera ſit vobis volūtas, quodcūq; agendū videatur, id agatis. Vincāt autē nutu diuino etiam apud vos, quæ meliora & ſaniora ſunt. Quod ſi (quod abſit) peior ſententiā ſuperabit, hoc tamen omne genus humanū, omnis ætas, omnis ordo, atq; conditio ſciat (proteſtandū em̄ rurſus eſt) q̄ innocens ego ſum ab hoc malo, hoc acerbo ſchiſmate: nec huius vnq̄ ſententiæ fui, nec ſum præter omnē rationē a Latinis diuidi. Nec em̄ mihi perſuaſio nō reſte & vere de fide eos ſapere, & eadē, quæ ſanctos doctores, tū Orientales, tū Occidentales non credere eos. Nec ignoro, quæ hinc nos, & noſtrā rem publica ſequitur pericula, quæ calamitates, quæ excidia. Sed præuidi, p̄dixi, & ne ſiant, quoad potui, proſpexi. Quod ſi proficere nō potui, nō mei dicentis, ſed audientium culpa eſt.

Beſſarionis
excūſatio

¶ Beſſarionis eiſdem declaratio aliquorum, quæ in dicta oratione dogmatica continentur, quæ Græcis noſſima, Latinis ignota ſunt.

Notandū primo, q̄ ſancti doctores Orientales etiā in diuinis vtuntur nomine cauſæ, & cauſati largo modo. Nō quidē vt limitationē & dependentiā importat, ſed prout productionē & emanationem a principio eius, qd̄ eſt a principio, ſignificat: & ideo me etiā ad Græcos loquentē his nominibus vſum fuiſſe. Cæterū, q̄ ad equalitā oppoſitiōes Græcorū reſpondeo breuiter, tñ nō declaratis primo eorū oppoſitiōibus, ſed ad tacitā quaſtionē reſpondēs, eo, quia ad Græcos loquēbar, quibus illa nota erāt, ſciendū, q̄ cū doctores dicāt ſp̄m ſanctū ex patre p̄ filiū proſcedere, vel profluere, & cætera ſimilia; & ex hoc appareat filiū quoq; ſp̄s principium eſſe, quod contra eas faciatis quatuor euāgelionibus hanc veritatē euadere conantur.

Primo